

Johann Quistorp


**Rector Academiae Rostochiensis Johannes Quistorpius S.S. Theol. D. Professor  
& Ecclesiastes, Ad Exequias Quae ... Christiano Bacmeistero, Civi non ex insimis  
Rostochiensi, Hodie a fratre & amicis parabuntur Cives Academicos invitat**

Rostochi[ij]: Pedanus, 1624

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766612767>

Druck Freier  Zugang





100.37



Mk-13755<sup>1-30</sup>  
<16.Jh.>



16  
RECTOR  
*ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS*  
JOHANNES QUISTORPIUS  
S.S. Theol. D. Professor & Ecclesiastes,

Ad Exsequias

*QUÆ*

*Spectatissimo & Politissimo viro,*

CHRISTIANO *Filius VII.*

BACMEISTERO,

Civi non ex infimis Rostochiensi,

*Hodie à fratre & amicis parabuntur*

Cives Academicos in-  
vitat.



ROSTOCHI

Excudebat Joachimus Pedanus Acad. Typog.

ANNO M, DC: XXIV,



RECTOR  
ACADEMIAE ROSTOCKENSIS  
JOHANNES CRISTOPHUS

Ad Exequias

quae

Spebuntur in Collegio civico

CHRISTIANO

BACHMEISTERO

Civico non ex officio Rostochiano

Hodie in Collegio

in



Rostochi

Excubet Johanna Pedana

ANNO M. DC. XXIV





RECTOR

ACADEMIÆ ROSTO-  
CHIENSIS

JOANNES  
QUISTORPIUS

S.S. Theol. D. Professor,

& Ecclesiastes.



Uotquot hanc incolimus  
civitatem, meritò cum  
Propheta Regio exclama-  
mus, *Castigando castigavit*  
nos *DOMINUS* (*sed morti nos*  
*non) tradidit.* Pestem ille  
nobis, quam, aliaq; pœ-  
nas peccatis nostris meriti eramus, immi-  
sit; eaq; nos per menses aliquot exercuit.

A 2

At



At ô quam clementer & paternè nobiscum  
Deus egit! vindici Angelo gladiũ, quo nos  
gravissima meritos percuteret, commisit:  
sed ut raras inter nos strages ederet injũxit.  
Verum esse illud experti sumus, quod de  
Deo & Patre nostro Nicephorus usurpat:  
*Deus vindictæ gladium miserationis oleo exacuit.*  
Parce nobis postmodum ô clementissime  
pater, inhibe porrò virgam hanc; Angelo  
illi percutienti ut necare pergat, ne permit-  
te. Libera nos & quam inhabitamus civi-  
tatem à peste in caligine pervadente, & à  
lue vastante in meridie. Recipe nos omnes  
sub alas tuas Domine, ut sub iisdem à pa-  
vore nocturno, & à sagitta interdiu volitan-  
te securi simus. Non dubitamus Domine,  
quin tu vota nostra exaudire, nobisq; par-  
cere porrò velis, modò nos peccare, & pœ-  
nas tuas attrahere desineremus. Verum  
dum nos delinquere pergimus, nec nobis  
insolens videri debet, quod & ferire Jeho-  
va pergit. Inhibuit ille virgam suam pe-  
stem septimanis his proximis, nunc Eum,  
cui



cui propter vitæ, præ multis qui hæctenus  
impuniti abierunt, innocentiam, parcen-  
dum fuisse arbitrari potuissemus, virgâ hâc  
suâ percussit. Caveamus reliqui, quantum  
humana fert imbecillitas, peccata, ut planè  
virgam hanc suam abijciat Jehova. Quod  
autem nostrum hunc CHRISTIANUM  
BACMEISTERUM attinet, natus est  
ille anno 1578 in hâc civitate, PATRE VIRO  
Reverendo, Clarissimo, Excellentissimo,  
LUCA BACMEISTERO S.S. Theo-  
logiæ Doctore, Ecclesiæ hujus olim Super-  
intendente & Academiæ per integros qua-  
draginta sex annos Professore optimè me-  
rito: MATRE JOANNA BORDINGIA,  
celeberrimi & Doctissimi viri, Dn. JACO-  
BI BORDINGII, quondam in hâc  
quoq; Academiâ per septennium Professo-  
ris, & primùm Illustrissimorum Ducum  
Megapolensium Dn. Henrici Pacifici, &  
Dn. Joannis Alberti, deindè Serenissimo-  
rum Daniæ Regum, Christiani tertij, &  
Friderici secundi *viv. cu. a. 1618* Archiatri, FI-

A 3

LIA.



LIA. SORORE Magnifici, Amplissimi &  
Consultissimi viri, JACOBI BORDIN-  
GII J.U. Doctoris hujus itidem Academiæ  
per multos annos Professoris, Illustrissimi  
Principis ac Domini, Dn. Udalrici Ducis  
Megapolitani beatissimæ recordationis  
Cancellarij, & postea inclytæ Reipublicæ  
Lubecensis Consulis dignissimi. Hos de-  
functus hic Noster majores & parentes ha-  
buit: nihilq; pater ipse vir Clarissimus  
maluisset, quam ut hic filius ejus, & sua, &  
eorum, quos sanguinis cognatio ipsi agna-  
tos dedit, vestigia premere, & quod in ju-  
ventute ingredi incipiebat literarium sta-  
dium decurrere potuisset: verum, cum es-  
set ingenij ad studia non usque adeò com-  
modi, ad mercaturam ipsum animum adij-  
cere, & eam ob causam, vicina regna &  
provincias adire voluit. Donec tandem  
Deo ita disponente anno 1613. matrimonio  
sibi lectissimam virginem MARGARI-  
TAM RODIAM jungeret, cum qua  
matrimonium felix & tranquillum coluit:  
absq;



absq; eo fuisset quod & sterile fuit, & con-  
jugem sibi suavissimam peste sublatam,  
mensis hunc antecedentis Octobris die  
26 amisit. Quamvis autem Hic Noster fra-  
tribus suis viris celeberrimis Dn. JOHAN-  
NI Medicinæ & Philof. Doctori, & apud  
nos Professori eximio; Dn LUCÆ S. S.  
Theol. Doctori Superintendenti Guftrö-  
vienti vigilantissimo. Dn. MATTHÆO  
Phil & Med. Doctori, Illustrissimi Inferio-  
ris Saxonæ Principis archiatro & Reipub.  
Lunæburgensis Physico ordinario; Dn.  
HENRICO J. U. Doctori, Præposito ad  
D. Johannem, & Consiliario Lunæburgen-  
si: ac Dn. MARCO Serenissimi Sueco-  
rum Regis in Livonia quæstori; quamvis  
inquam, is cujus funeri parentamus, fratri-  
bus hisce suis eruditionis & dignitatum  
palmam concedere necesse habuerit: vitæ  
tamen integritate & pietatis studijs nemini  
illorum celsit. Quare sanus & validus ver-  
bum Dei diligenter audiendo, neminem  
defraudando, cum proximo pacificè vi-  
vendo,



vendo, pauperes de suo juvando, omnium  
quibus notus fuit, favorem sibi conciliavit.  
Nec cum Pestis ejus occupare domum pri-  
mum inciperet, a pietatis studijs quidquam  
remisit; Deo se suosq; commisit, & omnes  
quos habuit juxta secum domi suæ, sacro  
sancto Domini nostri Jesu Christi corpore  
& sanguine pasci curavit. Interim divi-  
næ se voluntati subjecit, donec placidè a  
Deo, hesternæ die circa tertiam matutinam  
ex hac vita, ætatis anno 46. evocatus est. No-  
stræ partes sunt, in hoc, hac potissimum  
tempestate nostram mortalitatem contem-  
plari, eiq; parenti piè defuncto, fratribus  
de hac Academia, vicinis Ecclesijs, & Re-  
bus pub. benè merentibus debitum pieta-  
tis officium præstare. Quod ut omnes A-  
cademiæ cives faciant, & hora prima ho-  
dierna in templo Mariano haud gravatim  
convenient, officiosè omnes & singulos  
rogo & hortor. P. P. die 28. Novembr.  
c1o 1o CXXIV.





1698  
Iohannis Dofu Gerhardo III. ist Kaffeehändler in Lübeck gemaßen, mit seiner Frau Elisabeth Müller verheiratet, mit der er gezeugt

1. Iohan, so zu letz der ämptliche Tongendoff von Walthar gemaßen, der hinterlassen einen Dofu, welcher Wundigen zu Hüßla in Hindenburg gemaßen. +
2. Gerhard, so mit einer von Lübeck, die über 400. Jahren der Kaffeehändler in Lübeck beklidet, sich verheiratet, von der Johanna von Dofu, gemaßen Gerhard, Mercator, und Tochter, gemaßen Elisabeth, die zu letz, Ge. Henricu Balenau, i. u. D. und Senec. Lubec. für ihr gezeugt.
3. Agnes, die verheiratet an Ge. M. Michael, Sirciu Pastor an St. Marien in Lübeck, da von die Gattin Sirciu M. Gerhard, Ecclesiast. Regid. Lubeca. Michael, S. Theol. D. et Superint. Circuli Rostoch. Iohannner, i. e. tur et cor. Lubec. Christophoro, secretar. Lubec. etc.

4. M. Hermann, Lat. ad obitum Traax, so sein Desingon-Vater Hermann, so der Erbschaft Vater Landgott Küßbamer Doff gezeugt, hat hinterlassen einen Dofu hinterlassen, so auf Hermann gemaßen, welcher ad 1699. Catharina von Nilsen verheiratet, mit der er gezeugt

1. Hermann, der der Vater Landgott bekommen, hat gezeugt Marg. Elisabeth, Guldauerin, von der Johanna

Mortuus est an. Hermann Bernhard, Licentiaudt, der ist der Vater Landgott 1711. 24. April. bezeugt, und Clara Krantzgossin verheiratet. Hæc peperit filium in partu mortuum. obit. 55.


Iohan Daniel, Mercator. +

Dorothea Catharina, verheiratet an Ge. Hinrich salig Luder, Major, Margaretha, welche Johanna

2. Bernhards der Student, und in Frankreich, England, Taubland und Hindenburg sich wohl verheiratet, ist von seiner Frau verstorben.
3. Daniel,

NB. Hüßler Hermann Bernhardsi Filia nati maxima Elzabe Catharina, elocata est hæc consignata ad. 1698. anno 1726 Edicenti Mecklenburg. Viro Nobili de Basewitz.







absq; eo fuisset quod & sterile f  
jugem sibi suavissimam pest  
mensis hunc antecedentis O  
26 amisit. Quamvis autem Hi  
tribus suis viris celeberrimis D  
NI Medicinæ & Philos. Doct  
nos Professori eximio; Dn LU  
Theol. Doctori Superintende  
vienti vigilantissimo. Dn. M.  
Phil & Med. Doctori, Illustris  
ris Saxonæ Principis archiatro  
Lunæburgensis Physico ordi  
HENRICO J. U. Doctori, P  
D. Johannem, & Consiliario LU  
si: ac Dn. MARCO Sereniss  
rum Regis in Livonia quæstor  
inquam, is cujus funeri parenta  
bus hisce suis eruditionis &  
palmam concedere necesse ha  
tamen integritate & pietatis stu  
illorum celsit. Quare sanus &  
bum Dei diligenter audiendo  
defraudando, cum proximo

